

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

hofen, apud Rmum. *Glunicensem* pro stabilitate loci supplicavit simulque ei testimoniales literas concessae licentiae exhibuit. Rmus. tamen morte praeventus, unde nihil certi determinatum est.

6. Dec. post meridiem *Styrae* insolita tonitrua in aëre cum maximo fragore audita sunt. Postmodum nix densissima terras cooperuit. Multa insolita hoc anno contigerunt, quae omnia futuras perturbaciones provinciarum praesignarunt.

DD. Capucini propter hiemis asperitatem in domo beneficiata D. parochi habitare coacti sunt. Nimis enim molestum fuisset, ex monasterio exire et rursus absoluta concione illuc redire.

24. Dec. in ipsa Vig. Nat. Domini coemiterium vulgo in Domo Fratrum (Bruderhaus dicta) per Rmum. abbatem *Garstensem Ioannem Guilielmum* cum suis Fratribus de ven. conventu musicis seu cantoribus circa horam X. consuetis ceremoniis reconciliatum fuit, priusquam ibi sacrum in eadem capella lectum est. Causa praecipua reconciliationis fuit, ut in casu necessitatis catholici homines, ii praesertim, qui morbo aliquo contagioso obiissent, ibidem sepelirentur in loco sacro. Verum tamen est *Styrensem* senatum hanc rem paulo indignius tulisse et forsitan, nisi omnes propter sequens festum occupatissimi fuissent resque ipsa post iam expletum opus comperta esset, contra itum fuisset. Quod sequentibus annis sub Rmo. D. abbate *Antonio Spindlero* ab eodem senatu attentatum est. Serius tamen.

Witterung.

Steyr:
Kapuziner.Bruder-
haus.

Appendices ad annum 1607.

(*Frankreich. — Straßburg.*)

17. Nov. Archidux *Ferdinandus* rursus Graecio cum 600 et eo amplius aulicis, equis et plaustris *Styram* ingressus est, inde ad comitia imperialia *Ratisbonam* profecturus. Eo autem a Caesare *Rudolpho* missus est, qui suam ibi personam coram statibus imperii gereret; per triiduum ferme *Styrae* commoratus est. In ipsa autem Dominica, in quam evangelium hoc „Reddite ergo, quae Caesaris sunt, Caesari etc.“ incidit, D. P. Capucinus pulcherrimam concionem fecit, in qua totum evangelium pro praesenti Archiduce applicavit.

Erzherzog
Ferdinand
in Steyr.

(*Rudolph II. und Matthias. — Reichstag zu Regensburg.*)

His etiam temporibus prout iam alias saepe Dr. *Pistorius*, vir alioquin doctissimus et olim episcopi *Aichstadiensis* consiliarius celeberrimus, tum in monasterio *Garstensi* tum *Glunicensi* a DD. praelatis bene tractatus est. Sed

Doktor
Pistorius.